



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Poemata Ferdinandi Episcopi Monasteriensis Et Paderbornensis, S. R. I. Principis, Comitis Pymontani, Liberi Baronis De Furstenberg

Ferdinand <Paderborn, Bischof, II.>

Parisiis, 1684

Amicitia Fucata. Julius Caesar Injuriarum Immemor. Ad Fridericum
Furstenbergium, Fratrem, ... De Vilhelmo Furstenbergio Eorum Filiolo, ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-7748

90 FERDINANDI EPISCOPI MONASTER.

AMICITIA FUCATA.

QUISQUIS amicitiam jungis, ne fronte serena
Tincta venenato pectora felle tegas:
Plus fallax oris species, velut abdita rupes
Plus ratibus, quam quæ prominet alta, nocet.

J U L I U S C Æ S A R

INJURIARUM IMMÉMOR.

OMNIA conservat memori sub pectore Cæsar;
Sola sed in ventos, quæ mala passus, eunt.
Mnemosynen alii laudent: me judice, pluris
Sic oblivisci, quam meminisse fuit.

M A R I A D
FRIDERICUM FURSTENBERGIUM,
FRATREM,

*Dynastam Bilstenii & Valdenburgi, Dominum in Schnellenberg,
Vaterlapp, Furstenberg & Herdringen, Serenissimi Electoris Co-
loniensiſ, & utriusque Bavaria Ducis Satrapam Fredeburgen-
sem & Conſliarium intimum, Advocatum hereditarium in
Graffſchafft: Ejusque conjugem Annam Catharinam de Petra
ex Castro Leyen.*

DE VILHELMO FURSTENBERGIO
EORUM FILIOLO,

EADEM HORA NATO, ET DENATO.

Anno M. DC. L.

FURSTENBERGIACO Vilhelmus sanguine cretus
Hic jacet: huic vitam, quæ dedit, hora rapit.
Vivat ut æternum, mœsti ne flete parentes,
Huic eadem vitam, quæ rapit, hora dedit.